

et fugit. de raptu puella concepit et peperit. reverso raptore
 puella mortem raptoris optavit. filium ille indemnatum vult
 occidere. rapta contradicit.

Nisi forte moleste tulit quod † et non et † hunc ipsa damnavit.
 Iam cum illo meo errore vel fato voluntaria profectioe trans- 5
 egeram; hic me, iudices, hic puer prodidit. Si perseverat in
 mea poena, hunc mater occidet. Dicere me raptorem nemo
 debebat post intervallum, post exilium, post meum filium.
 „non est“ inquit „filius tuus; nuptiis enim sollemnibus non est
 natus.“ cuius ergo? nisi faces accenderit et fescennina cecinerit, 10
 pater esse non poterit? perquam es inhumana: non vis esse
 patrem, qui te fecerit matrem!

XLVII. Vir fortis et orator

Vir fortis et orator consulatum petebant.

† quam vestra iudicia plus ad cuiusque † iudices proficiunt 15
 merita privata quam publica. Postremo, quod maxime volunta-
 tem plebis offendit, rogare non nosti. orare et exorare nostrum
 est, qui hinc etiam nomen accepimus.

XLVIII. Adulter uxoris

Ex duobus filiis <pater> alteri uxorem dedit, alter incidit in 20

